COD. 11059 52)

Breve de S. Santidade mandado aos Bp.os de Catalunha sobre a contenda q̃ trazem com os Ministros Seculares para não pagarem tributos das suas rendas Ecleziasticas.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis Provintiæ Terraconensis.

Clemens P.P. XII.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. Mærori nostro quem ob indebitum tributum bonis Ecclesiasticis istius Provintiæ per laicam potestatem imperaturum, atque adeo intentatam Ecclesiæ prævilegiis injuriam, insigne lenimentum attulit eximia fortitudo quâ fraternitates vestræ Sacerdotale officium humanis rationibus ante ferentes non detrectarunt pro Sacris juribus tuendis ascendere ex adverso, et murum opponere pro Domo Dei. Laudes quidem vestræ virtuti debitas libenti, læto q; animo deferimus, digno q; apostolicæ comendationis præconio, pastoralem vigilantiam constantiam q; prædicamus, coronam autem gloriæ, magnam q; nimis mercedem, cum apparuerit Princeps Pastorum vobis redditum iri confidimus; de illius igitur præsidio divina que ope præclaré spectantes: pergite Venerabiles Fratres bonum certamen certare, dúm nos persuasum vobis esse cupimus nullas ministerii nostri partes studiis officio q; vestris esse

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

Defecturas ac Fraternitatibus vestris novam semper virtutem ex alto implorantes ad auspicium patrocinij Calestis Apostolicam benedictionem permanenter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. Die prima Octobris M. D. CC. XXX. Pontificatus nostri Anno primo.

Carolus Archiep. Emissenus.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA
COD 11059 52